



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Ex Festis Martii.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

Ex Festis Martii.

SANCTA Maria ab Angelo salutata impetra mihi pro felici morte id, quod maximè necessarium est.

Sancti Joseph & Joachim impetrate mihi pro felici morte amorem verum erga Matrem Dei.

Idem impetrate mihi Patroni menstrui hoc mense, &c.

Hora 9na Matutina.

Offero tibi Maria, &c. in tributum, & devotè mente recito binas Ecclesiæ Collectas.

Deus, qui de Beata Virginis utero verbum tuum Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti. Presta supplicibus tuis, & qui verè eam Genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Deus, qui Beatam Mariam semper Virginem Spiritus sancti habitaculum vix triennem in templo tuo presentari voluisti. Presta quesumus, ut eius intercessione in templo gloria tua presentari mereamur. Per D. N. J. C.

Ex Festis Aprilis.

SANCTE Marce, S. Georgi, S. Franciscæ de Paula, impetrate mihi pro felici morte caritatem.

S. Catharina Senensis impetra mihi pro felici morte cor secundum cor JESU.

Idem impetrate mihi hoc mense dati & dandi Patroni menstrui, &c.

Hora